



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofurti, 1684**

38 Iosaphat Asæ Filius. Minæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

At de crimine pœnam traxit, de pœna crimen.  
 Ad nobilem illam pestem, medicis fortiorum,  
 Medicorum manus implorat, non Dei.  
 Ipso ridendus nomine, dum Medicus eget medico,  
 Denique lectum pro equuleo nactus,  
 Membrisfragâ torquentे podagrâ, erratorum summamfa-  
 tetur.

Resumpraque virtute redivivus,  
 Odoratum hunc Rogum sibi vivus composuit;  
 Ut Empyreum prælibaret in flammia,  
 „ Nam Virtus non fragrat nisi flagrat.

## JOSAPHAT ASÆ FILIUS.

MINÆ.

Veh tibi, Viator,  
 Si quid tibi conscient, censorium hoc Solum calcas.  
 Inexorabilis Arbitr̄ Josaphatus hac in valle jus dicit.  
 Cui tanta veritas, ut nihil ignoscat,  
 Integritas testem do zelum,  
 Quo à stirpe revulsas effeminatorum reliquias excoxi,  
 Divini Juris interpres  
 Legis tabulas in omnium pectora transcripsit è suo,  
 Merito lapideas; ut lapidem rogent, qui lapidem violant.  
 Inspectores utriq; Fōto constituit Æaco similes:  
 Peccanti attentos, non precanti.  
 Quibus tam leve aurum, ut recti lances non flecat:  
 Tam recte ferrum, ut à recto deflecentes protent,  
 „ Civium quippe securitas est securis,  
 Damnandi rigorem æquavit plectendi vigor.  
 Nam conscriptis familiatim bellatoribus,  
 Regno arcis, arcibus præstdiarios,  
 Præstdiariis præfectos imposuit.  
 Ut omni aditu gladiis obstructo  
 Fugere cum nequeant scelesti, scelera fugiantur,  
 Nec armis opus;  
 Si adspectu Gaaladitas vicit, Moabitas cantu.

Nam Hebræis modularibus, in furorem acti hostes,  
Inter se digladiantur.  
Paribusque momentis illi canunt, isti cadunt:  
Chordarum concordiam discordiam proritante.  
Risit Mors musica tot Andabatarum paria,  
Sono occæcata, ad numeros cadere,  
Horruit Mars amusicus arcum nervos lyræ nervis eludi:  
Et lyram inter arma numerari, ut inter astra.  
Heu duræ minæ!

Quid faciet Judex, si sœvit Cythareodus?  
Veniet summa dies, die carens, cum Apparitor Angelus  
Omnes antistare jubeat hoc Forum, cui omnia liqueant.  
Quod vadimonium nec favor excusabit nec lacrymæ;  
Ne Mors quidem.  
Nam rupta tellure, solutis Mundi compagibus.  
Mors ipsa jure petitura, quod bona fide possidet,  
Absorpios evomet, ut resorbeat.  
Aderit Adrasteæ ministra Erynnis.  
Carnifex nimirm flamma;  
Quæ luce eâdem scrutatur impios, & comburat:  
Ac ne quid inultum lateat, nil inustum relinquet.  
,, Metue scelestæ non cunctaturum Judicem.  
Plus metue cunctantem.  
,, Diu gravida nubes damnosius parit.

### JORAM JOSAPHATI FILIUS.

#### SENENTIAE.

Recurrit ad Joramnum Atavi impietas,  
,, Nam in aulico freto  
,, Vitia fluunt, ut refluant.  
Ante imperium innocens visus.  
Octennio nequiter egit, quo imperavit.  
Nam innocentiae candorem immerita cruentat purpura.  
At regnum sublatuſ Fratres sustulit.  
Nam Tyrannus sanguinem sitit quem timet:  
Nunquam lætus nisi dum canit exequias.  
Addidit crudelitati sodalem Idololatriam.  
Bis de inferis optime meritus;